

Paludanus, Caietanus, Palacios, Azor, Valentia eod. num. 7. allegati. Vel secundo eorum responso, ubi à Pontifice redargui abbacem monasterij, quod sibi integrum esse exultimaret dispensare cum monacho ad proprietatem retinendam. Atque vsus est Pontifex exaggeratione quadam hyperbolica, inuolvens argumentum ductum quasi à maiori ad minus: ac si dicat, vix mihi potestas est dispensandi, atque de ea magnopere controuertitur. Qua ergo ratione eam tibi vsurpas? Ad secundum constat ex dictis num. 7. ubi ostendimus monachum non fieri talem per spiritualem benedictionem: & posse Pontificem efficere de monacho non monachum: & posse fieri ex calice consecraro non consecratum, destruendo formam, manente tamē materia. Ad confirm. negadū est, si vniuersaliter accipitur, illud antecedens. Quippe solum est verum, ubi charater indelebilis imprimitur, vt in sacerdotio, Christianismo. At religiofus non constituitur talis per charactērem. Ad tertium negatur antecedens, quando vigeret necessitas. (vt num. 7. probau.) Et illud Levitici fuit ceremonialē, quod morte Christi extinctum est. Ad quartum constat ex dictis num. 7. ubi eum locum explicuimus, probātes maius bonum dari posse. Ad quintum constat ex dictis eodem num. 7. ubi ostendimus gratia communis boni posse rem traditam auferri. Ad sextum dic posse Pontificem dispensare in iure naturali pendēte ab obligatione, quam homo propria sibi voluntate imposuit. vt diximus disputat. 6. num.

2. Ad septimum neganda est sequela. Quia per professionem dissolutum est prius matrimonium: & ita potest obtenta voti dispensatione quicunque ducere. Quod prior deseruit omnino esse vxor. Sicut ob eandem rationem id ei liceret, si naturaliter moriens resurgeret priori vxore ad huc superstitē. Ad octauum neganda est similitudo. Quippe constat iure diuino nulla ratione posse matrimonium consummatum dissolui: ob significationem indissolubilis vniōnis Verbi diuini cum natura humana (vt diximus lib. 2. disputat. 13. num. 2. & 7.) nec posse in vxorum pluralitate dispensare, ob peculiarem rationem (vt diximus libro precedenti, disputat. 80. num. 9.) At in hac dispensatione non reperitur specialis prohibitio. Ad nonum dic maiorem non semper esse veram. Quippe calix consecratus in extremo sitis periculo deseruire potest. (vt num. 7. probauimus.) Præterea potest intelligi, dum res illa sacra manet. Nam calices tempore famis sæpe confringuntur, ac disinuit esse facti, atque in pauperum vsus conuertuntur. At religiofus per hanc dispensationem desinit esse talis. Ad confirm. dic eam mortem esse metaphoricam: & ita posse vsibus humanis deservire. Ad vltimum dic cum Caiet. 22. quæst. 88. art. 11. verfic. verum quia hoc non inuenio, in fine, id contigisse, quia non expediebat initio nascens Ecclesie religionem Christianam propagari, relaxatis ijs, quæ ad eandem valde pertinent: & tam apparenti eiusdem religionis defectu.

DISPUTATIO NONA.

An in votis absolutis castitatis, & religionis, non nubendi, quæ matrimonium impediunt, possit aliquando Episcopus dispensare?

SUMMARIUM.

An iure referentur aliqua vota, & incidat excommunicationem dispensans in illis: Explicaturque extraneitas, & si dominici, de penit. & remis. num. 1.
An sub concessione generali, aut aliqua reservatione excepto claudantur vota religionis, & castitatis, & reservata? num. 2.
An seclusa reservatione possit Episcopus dispensare in omnibus? num. 3.
Quid, si emittantur à personis alteri subiectis,

an possit Episcopus dispensare? numer. 4.
An hæc dispensandi reservatio, sit odiosa, ac refrigeranda? num. 5.
An possit Episcopus dispensare in voto castitatis temporalis? num. 6.
Quid de voto castitatis coniugali? num. 7.
Quid de voto non petendi debiti: aut si vterque coniug. mutuo consensu vouisset, nec petere, nec reddere, nec fornicari? num. 8.
Quid de voto virginis seruanda? num. 9.

Quid

Quid de voto non inuendi matrimonij? Referatur opinio. num. 10.
Propositor sententia auctoris. num. 11.
Quid, si id votum esset factum in fauorem tertij: & an ille possit id votum, iuramentum ve remittere? num. 12.
Quid de voto assumendi ordinis sacri? num. 13.
Quid, ubi votum est diuini officij assumendi ordinis sacri, aut religionis, castitatis ve: etiam si voens hæc vltima elegerit? num. 14.
Quid de voto assumendi habitum beatarum? num. 15.
Quid de voto ingrediendi ordinem militariū? num. 16.
Quid de voto religionis strictioris, ad ingrediendum laxiorem? num. 17.
At in hac dispensatione non reperitur tempore noticiatus egredi? num. 18.
Quid circa differendum ingressum religionis vltra tempus signatum? num. 19.
Quid de ijs, in qua Pontifex hæc vota reservata commutat? num. 20.
An si cui hæc vota commutata sunt, non impleuit commutationem, aut non habuit animum implendi, teneatur ad priora vota: & religiofus electus ad votum ante professionem emissum, & is cui votum commutatur, possit propria auctoritate ad votum redire? num. 21.
An in casu grauis necessitatis possit Episcopus dispensare in voto religionis, aut castitatis perpetuæ, & quis sit ille casus? num. 22.
Et quid de ceteris votis reservatis? num. 23.
An possit cum iuuenibus ex animi perturbatione venientibus castitate? Et explicatur cap. veniens, qui cler. vel vou. num. 24.
An liceat Episcopo vrgente necessitate dispensare in his votis, si adiri possit nūcius, vel alius potens dispensare? num. 25.
An hæc dispensatio Episcopi efficiat ne postea fornicatio sit sacrilega: aut eo matrimonio soluto liceat aliud inire? num. 26.
An possint aliquando parochi dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, aut in vicarijs, aut in seculijs? num. 27.
An peccet dispensans absolute in voto, non admiscens commutationem aliquam? num. 28.

Premittendum est, attento iure solam referari Pontifici dispensationem, aut commutationem voti eundi in subsidium expeditionis Hierosolymitanæ. Vt constat ex cap. ex multa, de voto. At ex consuetudine referuatur votum religionis, & castitatis, cum alijs tribus, de quibus nil ad præsens. Hæc autem consuetudo colligitur ex om-

nibus priuilegijs concessis in bulla, vel iuribilibus circa vota, semper enim excipiuntur vota castitatis, & religionis. Et ex extraneitas, & si dominici, de penit. & remis. vbi Sixtus III. excommunicat dispensantes in his quinq; votis, aut ea commutantes virtute facultatum à se concessarum, vbi non referuat hæc vota, sed supponit ea referuata. Quippe ea referuatio non esset generalis, sed limitata ad facultates à se concessas. Quare eam excommunicationem non incurrerent, qui virtute aliorum priuilegiarum, aut facultatum dispensarent. Vt benè docent Angelus verb. excommunicatione 5. casu 31. Sylu. verb. excommunicatione 7. excommunicatione 32. nu. 77. Nauar. summa cap. 12. num. 75. Ludouic. Lopez 1. p. instruct. cap. 49. initio.

Et tãta vim habet referuatio hæc quoad vota castitatis, & religionis, vt nunquam censetur cõcessa, nisi exprimitur. Quod ab ipso nascens Ecclesie exordio referuatur. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. in fine corporis. Hérquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 30. num. 6. in commento, littera A. Manuel. 2. tomo summa cap. 97. nu. 1. conclusionē 1. Qui benè addit secus de voto Hierosolymitanæ peregrinationis esse: comprehenditur enim in facultate generali circa vota. Atque idem dicendum de alijs referuatis. Quod nec tanti momenti eorum referuatio sit: nec tanto rigore accipiat. Imò nec in facultate generali ad omnia vota, excipiedo quoddam referuatum, vt Hierosolymitanum, includerentur vota castitatis, & religionis. Quin potius exceptio minoris voti testimonij esset exceptionis maiorum. Vt benè tradit Sotus ibidem.

Hoc supposito prima conclusio sit. Seclusa reservatione integrum esset Episcopo dispensare in suis dicecibus in omnibus votis: sicut Pontifici in toto orbe. At ratione referuationis nequit dispensare in absolutis castitatis, religionis ve votis. Cõstat, quia sunt ordinarij in suis dicecibus, & possunt omnia illa circa dispensationes, quæ Pontifex in toto orbe: nisi referuatur (vt probauit lib. 1. disp. 61. num. 3.) Et idem hanc conclusionem docet Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. colum. 4. vers. qui sunt autē, ab omnibus receptus.

Temperat hoc Gutierrez. q. canon lib. 3. cap. 22. nu. 49. nisi votum religionis, aut castitatis perpetuæ emissis sint à personis alterius potestati subiectis, vt à coniugata,

feruo,

ferno, vel filio, sine licentia viri, domini, vel patris: tunc enim ait posse Episcopum in eis dispensare. Dicitur, quoniam vir, dominus, & pater possunt hæc vota irritare. Ergo à fortiori potest Episcopus in eis dispensare. Sed hoc nullatenus approbo. Quia quicquid sit de potestate irritandi hæc vota, non inde arguitur potestas Episcopi ad dispensandum. Quia dum Pontifex hæc sibi vota reservat, quoad solam dispensandi potestatem id facit, nulla habita ratione derogandi potestati dominatiæ, ex qua facultas irritandi hæc vota confluit. An vero in voto illo castitatis coniugate, possit ob aliam rationem dispensare Episcopus, dicemus disputat. 11. per totam.

5 Hinc deducitur primò dispensationis huius reservatione esse restringendâ. Quòd iuri Episcoporum deroget, & ideo odiosa sit. Quòd tamen ut omnes doctores pro corollariis sequentibus referendi. Quæ omnia huic doctrinæ inniuntur.

6 Secundò deducitur posse Episcopum dispensare in voto castitatis temporalis, vt ad annu, aliud vt tempus limitatū emisso. Quòd hoc non simpliciter votum castitatis sit: hoc enim perpetuitatem importat. Hoc satis indicat. D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. ad 2. & tenet Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. num. 43. D. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 9. Angelus verb. votum 4. nu. 9. Sylu. verb. votum 4. q. 3. di. 806. Armilla verb. dispensare num. 18. Nauar. summa cap. 12. nu. 76. Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. colum. 5. vers. ex his sit consequens. & 4. d. 38. q. 2. art. 1. colum. 4. in fine. 1. cõclusionis: vbi Palacios disp. 3. colum. 37. fol. 880. Quandus ibi q. vnica, p. p. sitione 7. sine. Margarita cõfessorum. q. moralibus, fol. 127. Angles floribus 2. p. vbi de voto. q. vnica, art. 8. diffic. 9. Toledo lib. 4. summa cap. 18. nu. 11. Gutier. q. canon. lib. 3. cap. 22. nu. 48. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. paulò ante solutionem ad 1. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 6. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 7. col. 10. vers. ex quo sequitur. Emmanuel Sa summa verb. votum, vbi de voti irritatione nu. 11. Azor lib. 11. institutionum moralium c. 19. q. 6. Manuel 2. tom. summa c. 96. nu. 5. & in expositione Cruciate. §. 9. num. 120. Vega 2. tom. summa c. 129. calu 34. Antonius Gomez in expositione Cruciate. clausula 10. nu. 109. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. c. 49. vers. licet Episcopus & 2. p. vbi de clauib. c. 9. col. 10. vers. adde

quod. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 31. num. 29. Viualdus candelabro sacram. 3. p. cap. 14. num. 54.

7 Tertiò deducitur posse quoq; in voto castitatis coniugalis seruandâ Episcopum ad dispensare. Quòd deficiat à voto castitatis absoluto. Hoc enim omnimodâ cõtinentiâ claudit, ac nõ copulari matrimonio. At illud solus actus veneros illicites cõprehendit. Sic Enriquez lib. 7. de ind. c. 30. n. 6.

8 Quartò deducitur posse quoq; in voto, quo alter cõiugatus absq; alterius licentiâ, ad non petendū debitū se stringit. Quòd non fit votum integræ castitatis, sed partit. Sic Sylu. verb. votum 5. q. 2. num. 5. Palacios 4. d. 3. 2. disp. 2. colum. 8. vers. ego verò. Stunica. q. 3. de voto num. 60. Azor lib. 11. institutionum moralium c. 19. q. 6. Manuel 2. tomo summa cap. 90. nu. 3. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 71. sine. Emmanuel Sa summa verb. votū, vbi de voti irritatione nu. 11. sine. Atq; ob eandem rationem idem dicendum est, si ex licentiâ alterius emissum esset. Vt bene Palacios tradit eadem disp. 2. colum. 8. vers. quòd si votum. Et idem dic, quanuis vterq; ex licentiâ alterius votum non petendū emisisset. Quia adhuc non est votum castitatis. Cùm neuter se obligarit ad non petendum, & non fornicandum, & ad non nubendum dissoluto eo matrimonio. Sic videtur expressè tenere Manuel eodem capite 90. num. 3. Et tandem idem est dicendum, licet vterq; communi consensu voueret nec petere, nec reddere, nec fornicari. Quia adhuc non est omnimodâ castitas. Cùm vterq; libertatem transeandi ad alias nuptias habeat. Quando autem est votū omnimodæ castitatis, dicemus disputat.

9 Quintò deducitur, non posse Episcopum dispensare in voto virginitatis seruandâ, nisi expressè vouerit ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem seruandam consistentem in abstinentiâ à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur. Et ratio est, quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum absolutæ castitatis: scilicet vbi ea adest. (vt probabo lib. sequenti, disputat. 33. num. 7.) Sic Azor lib. 11. institut. moralium cap. 19. q. 14.

10 Sextò deducitur, quid dicendum sit de voto non inuendi matrimonij. Quibetdam placet non posse Episcopum in eo dispensare. Ducuntur, quòd cùm votum propriè sumptum sit de solo supererogationis

bono,

bono, præcipuum in voto castitatis contentum, est continentia sub consilium Eugeleticum cadens. Qualis est à nuptijs abstinere. Quippe reliquum continentie est de iure naturali diuino. Et confirmatur, quia in tantum votum continentie referuatur Pontifici, in quantum potest Pontifex in eo voto dispensare: at tãtum potest dispensare, vt liceat uouenti ad nuptias migrare. Sic sentiunt Caiet. in opusculis, tomo 2. tract. 11. de voto non nubendi. q. 1. Nauar. summa Hispana cap. 12. numer. 76. Angles floribus 2. p. vbi de voto. q. vnica, art. 2. difficutat. 11. Valentia 4. p. vbi de matrim. disputat. 10. quæst. 3. puncto 5. conclusionem 4.

11 Ar multo probabilius est, posse Episcopum. Quòd id votum non sit castitatis: nam hoc voto astrictus sacrilegus est fornicando: secus autem de eo, qui solū abstinendi à matrimonio votum emisit. Et confirmatur, quia votum castitatis obligat etiam ad aliquid supererogationis, & consilij, ultra abstinentiam à nuptijs. Si quis enim ligatus castitatis voto uxorem ducat, tenetur non petere. Quòd eo voto secluso esset opus consilij. Ad hoc autem minimè obligat votum non nubendi, Tandem quia votum propriè sumptum quoad eius essentiam, est etiam de operibus præcepti: atq; in eo voto dispensari potest, non quoad præcepti obligationem, sed quoad vinculum voti superadditum. Et ex his patet solutio ad rationes contrarias. Sic docent. D. Antonin. 2. p. tit. 2. cap. 11. §. 1. Rossella verb. impedimentum, impedimento 32. num. 13. Angelus verb. votum 4. num. 9. Sylu. verb. votum 4. q. 4. Armilla verb. dispensare num. 18. Nauar. summa lat. cap. 12. num. 76. & cap. 22. num. 85. Sotus 4. d. 38. q. 2. art. 1. colum. 5. vers. atqui super voto. Et ibi Palacios disp. 1. colum. 74. vers. porro vt reshæc, folio 844. & ibi Quandus, q. vnica, propositione 7. Pedraza summa, præcepto 6. §. 10. Stunica. q. 4. de voto nu. 22. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 32. sine. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 22. num. 49. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. paulò ante solutionem ad 1. & art. 3. colum. 18. vers. sed dubitabit aliquis. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6. Emmanuel Sa summa verb. votum, vbi de voti irritatione nu. 11. sine. Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 7. colum. 10. vers. ex quo sequitur. Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 19. quæst. 5. Manuel 2. tomo summa cap. 96. num. 5.

& num. 2. Et in bulla Cruciate. §. 9. nu. 121. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij cap. 49. colum. 2. vers. licet Episcopus: & 2. p. vbi de matrim. cap. 48. colum. 4. vers. præterea de voto: & vbi de clauibus cap. 9. colum. 10. vers. adde quod. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 31. num. 29. & 31. Viualdus candelabro sacram. 3. p. c. 14. nu. 42.

12 Hoc tamen temperandum est, quando esset merum votum, vel merum iuramentum factum Deo. Si enim in fauorem tertij id petentis, cuius interest, emissum sit, non posset Episcopus dispensare. Vt si cõiug à coniuge petat, vt sub iuramento, vel voto se obliget ad abstinendū ab alio matrimonio, tunc cùm coniugis illius interest, propter filiorum bonū, & vt eius amor, nomen, honos, amicitia cum eius consanguineis conseruentur, non poterit Episcopus dispensare. Propter ius tertij acquisitum. Sicut aiunt communiter Doctores non posse dispensare in voto in fauorem tertij factò, & ab illo acceptato. At si ille remittat ius sibi acquisitum, poterit Episcopus. Quòd non fit votum castitatis, ac cesset præiudicium tertij. Quòd si petas, an possit ille tertius querere totam hanc abstinendū ab alio matrimonio obligationem? Sic distingue, si non tantum in eius fauorem emissum sit id votum, vel iuramentum, sed intuitu etiam religionis, ad id offerendum Deo, non potest: secus si tantum eius intuitu. Atq; in dubio in hoc casu existimo propter subiectam materiâ, id iuramentum, aut votum factum esse in alterius coniugis fauorem: quanuis vbi alterius nihil interest, censetur in dubio factum in honorem Dei. Vt bene tradit Sotus loquens de iuramentis, lib. 8. de iust. q. 11. art. 9. ad 2.

13 Septimò deducitur, posse Episcopum dispensare in voto assumendi ordinis sacri. Quòd id non sit castitatis, sed assumendi statū cui castitas annexa est. Et ita hic vouens non esset sacrilegus fornicando: & si matrimonium iniret, peccaret cõtra votū, at posset petere. Quæ secus se habent in castitatis voto. Nec obstat sententia. D. Tho. 2. 2. q. vlt. ar. 7. corpore, dicētis solius Papæ esse dispensare in votis perpetuis. Nā (vt bene docet Sylu. votū 4. q. 3. dicto 6. Armilla verb. dispensare nu. 18. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. sine) nomi ne votorū perpetuorum intelligit vota religionis, & castitatis, quæ suapte natura sunt perpetua. Et ideo hoc tenet Gábara

de

de autoritate legati, lib. 10. numer. 484. Beia in suis responsionibus, casu 28. Henricus lib. 7. de indulgentiis cap. 30. nu. 6. Valentinus 2. 2. disput. 6. quæst. 6. puncto 7. colum. 3. vers. & quod ad primum. Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 19. q. 9. Emmanuel Sa summa verb. votum, in principio nu. 30. Manuel 2. tomo summe cap. 96. sine: & in bulla Cruciatæ §. 9. num. 12. 2. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. in fine solutionis ad 1. Ludovic. Lopez 2. par. instrum. 3. ubi de clauibus cap. 9. columna penultima. Grassis 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 28. num. 3. Vivaldus candelabro Sacramen. 3. par. cap. 14. num. 43. Vega 2. tomo summe cap. 12. 9. casu 34.

14 Octavo deducitur, in voto disijunctivo, cuius altera pars est reservata, altera autem non, posse Episcopum dispensare. Ut si quis disijunctivè voueat castitatem, vel religionem, vel assumptionem ordinis sacri. Quia huic integrum est, illam partem non reservatam, in qua potest Episcopus dispensare, eligere. Qui poe in alternatiuis electio est debentis, & sufficit alterum impleri, regula in alternatiuis, de regulis iuris, in 6. Quod si vouens hic apud se statuat ad ordines non promoueri, eligens reliquã voti partem ad quam se altrinxerat, non poterit iam Episcopus dispensare. Quia ex vi voti tenetur iam ad castitatem, vel religionem, quæ reservata sunt. Et sicut in alternatiuis debitor hominis ubi semel elegit partem alteram, id creditori notũ faciens, resiliere nequit. Quod enim semel placuit, amplius displicere nõ potest. regula quod semel, de regulis iuris, in 6. Ita cum Deus corda norit, ubi semel vouens elegit partem illam reservatam, manet voto altrictus ad illam. Et ideo sic tenet Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 19. quæst. 10.

15 Nonõ infertur, posse Episcopum dispensare cum muliere altricta voto assumendi habitus feminarum, quas vulgo Beatas vocant. Quod is status non fit religionis. Sic Henricus lib. 7. de indulg. cap. 30. nu. 6. Aragon. 2. 2. q. 38. art. 12. paulõ ante solutionem ad 1. Vivaldus candelabro Sacram. 3. par. cap. 14. num. 44. Manuel 2. tom. summe cap. 96. num. 5.

16 Decimõ infertur, non posse Episcopum dispensare in voto ingrediendi religionem ordinis militaris D. Ioannis. Quod is ordo vera religio fit, in qua tria vota solemnia emittuntur. Sic Manuel in bulla Cruciatæ §. 9. num. 123. Ludouicus Lopez 2. p. in-

strum. ubi de clauibus cap. 9. ad finem. Qui idem ait de voto religionis caterõrum ordinum militarium. Sed id non credo. Quia ceteri ordinis militares iuxta veterem sententiam non sunt propriè religiones. Et ideo id votũ perfectæ religionis natura deficiens non referatur Pontifici.

17 Undecimõ infertur, quid dicendum de voto strictioris religionis. Navar. commentario 4. de regularibus nu. 10. sine, ait Pontifici referuari ingressum huius in aliam religionem laxiorem, aut æqualem. Quia voti religionis dispensatio, & cõmutatio, Pontifici referatur. At in hoc euento, si est in æqualem, cõmutatur: si verõ in laxiorem, admiscetur dispensatio cõmutatio. Ceterum multõ probabilius est, posse Episcopum dispensare vt hic vouens ingrediatur laxiorem. Quod tunc non dispensetur in substantia religionis: manet enim hic obligatus ad illam, sed tantum in eo excessu vnus ad alterã. Quod nullibi referatur. Sic tenet Palud. 4. d. 38. quæst. 4. art. 4. 4. num. 43. D. Antonius 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 9. notabili 4. vers. hoc autem videtur. Sylu. verb. votũ 4. q. 3. dicto. 6. Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. columna 5. vers. sequitur subinde. Menochius de arbitrijs, lib. 2. centuria 5. casu 421. num. 16. Palacios 4. d. 38. disput. 3. columna 37. vers. scito tamen, foli 880. Angles floribus 2. part. ubi de voto. q. vnica, art. 8. post. 4. difficultatem, dubio 2. & difficultate 9. conclusioe 5. Emmanuel Sa summa, ubi de voti irratione num. 11. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulõ ante solutionem ad 1. Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 18. qua f. 8. Manuel 2. tomo summe cap. 96. nu. 5. Ludouicus Lopez 2. p. instrum. ubi de clauibus cap. 9. ad finem.

18 Duodecimõ infertur, si quis promittat non tantum religionem, sed perseuerantiam in illa, licet Pontifici referetur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseuerantiam: & ita vt possit hic tempore nouitiatus exire, si expertus religionis austeritates, iustis ducatur ad non perseuerandum causis. Quia votum perseuerandi est virtute diuersum à voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum, & perseuerandũ, nisi vouens iusta causa exeat: vt quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud verõ obligat in oenueuto ad perseuerantiam. Nec tunc in voto religionis dispensatur, sed in qualitate adiuncta, quæ nullibi referatur. Et ita

sustinet

sustinet Host. summa tit. de voto num. 16. sine. Nec refert, an hic ingressus iam sit religionem, vel ab illa exierit. Potest enim Episcopus dispensare ante ingressum, non ingrediatur: sed enim esset dispensare in voto religionis: sed ne teneatur ad preuerandũ, si iusta dispensandi causa adsit. Et similiter post exitum, si iusta causa dudu exijt, potest dispensare ne teneatur iterum ingredi. Quia iam ille satisfecit voto religionis, & si eo solo ligatus esset, non teneatur ad iterum ingrediendum. Ad hoc autem ex solo perseuerantia voto astringitur, in quo Episcopus potest dispensare. Si verõ absq; iusta causa exierit, nequit Episcopus dispensare ne iterum ingrediatur. Quia nõdum is satisfecit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam Episcopi facultatẽ circa hoc votum, siue id votum sit factum per modum plurium, vt voueo religionem, & perseuerantiam in illa: siue per modum vnus. Vt voueo me in religione perseueraturũ. Quia etiam in hoc posteriori vouendi modo clauditur virtute duplex votum.

19 Decimõ tertio deducitur, posse Episcopum dispensare in differenda voti religionis executione: ne, scilicet, intra tempus in voto præfixũ impleretur. Vt si quis promittit abhinc vno anno se ingressurum, potest dispensare Episcopus vt ex iusta causa differat: dummodo non adeõ differatur, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt fiat impotens ad votum implendum. Quia hæc dispensatio non est in substantia voti religionis, sed in qualitate.

20 Decimo quartõ infertur, quid dicendum sit, quoad votum castitatis, & religionis cõmutantur à Pontifice in materiã non reservatam, (vt solet,) vt in confessiones mentis, an possit Episcopus dispensare in ea materiã, vel eam in aliam cõmutare? Quidam viri nostræ ætatis negant. Et in hanc partem inclinat Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 18. q. 1. dicens duobus sibi esse contrariam sententiam. Et tenet Glossa cap. 1. verb. visum, de fortiligis. Archid. cap. latorem, sine 33. q. 2. & ibi Bellemera in fine. Idem Archid. cap. 2. nu. 2. d. 15. & valde fauet Glossa eo cap. latorem, sine, ubi deducens ex eo textu argumentum ad probandum posse Episcopum minuire penitentiam à Papa iniunctam: quia ibi minuit. Respondet id factum, quia in casu eius textus Pontifex commisit. Ducitur, q. subrogatũ sapiat naturam, ac vim

fortiatur eius rei, cuius loco subrogatur. I. vnica. C. de rei vxoria ratione. Quod habet verum, quanuis subrogatum sit alterius nature, quàm est id in cuius locũ subrogatur. Vt bene probat Euerardus loco à vi subrogationis num. 2. Secundo, quia licet illa materiã non sit ex se reservata, est tamen ex accidenti ratione prioris materie reservata voti, in cuius locum suffecta est. Quanuis enim prius votum per se non daret, at perseuerat quasi in virtute, in illa materiã, in quam cõmutatur. Quippe idem prorsus voti vinculum manet translatum de vna materiã in aliam. Tandem quia eõ ipsõ quod votum est autoritate Pontificia translatum in aliam materiã, materiã illa est onus iustu Pontificis susceptũ. At nemo potest superioris legem, penam, sententiamve immutare. I. minor magistratus. ff. de arbitris. At probabilius est posse Episcopum in ea dispensare, eamve cõmutare. Quia votum illud non est per se reservatum, sed ratione solius materie reservatæ. Cessat ergo referuatio, subblata obligatione circa illam materiã, & translata in aliã nõ reservatã. Sicut peccata ratione excommunicationis referuata Pontifici, per solam excommunicationis ablationem desinunt esse referuata. Nec referuatio, quæ odiosa est, extendi debet de vna materiã in aliam. Nec obstat prima ratio in contrarium adducta. Quia subrogatum sapere naturam eius, cui subrogatur, procedit ex sola fauorabili, & lata interpretatione, quæ in odiosis non habet locum: quale est referuatio. Vel melius locum habet quoad naturam primæ quæ eius rei cui subrogatur: non autem quoad naturam accidentalem. Vt bene probat Euerardus loco à vi subrogationis num. 20. At natura primæ horum votorum est, vt subdantur Episcopi dispensationi, nisi superueniret accidentaria Pontificis referuatio (vt num. 3. diximus.) Nec obstat 2. ratio. Quia vinculum voti durans non erat per se referuatum, sed ratione prioris materie, quare ea ablata cessat referuatio. Nec obstat 3. ratio. Quod Papa non imposuerit eam penam suoapte ingenio, quasi nouo vinculo voluerit ad eam astringere: sed in vouentis gratiam idem voti vinculum transfuit in aliam materiã. Quare materiã illa loco prioris subrogata, nullam vim nouam referuationis fortitur ex auctoritate Pontificis illam imponentis. Et ideo pro hac sententia sunt Glossa capit. tempora

Hhh verb.

verb. tuo iudicio 26. quæst. 7. & cap. accedens verb. in tua. d. 50. Speculator tit. de dispensatione. §. nunc de Episcoporum, numer. 2. 1. Iason. l. 1. num. 5. C. de precibus imperatori offerendis. & l. omnes populi num. 13. ff. de iustit. & iure. Felinus cap. accusati, in fine, de accusat. & cap. at si ele Ricci. §. de adulterijs, in fine, de iudic. Hippolitus singulari. 182. num. 7. ubi docent Episcopum posse ex causa iusta diminere potestatem à Pontifice impositam: per l. si hominem 30. ff. mandati, ubi deciditur posse ex iusta causa procuratorem mandato domini contravenire. Et in proprijs terminis tenent Ludovicus Romanus singulari 464. Sylu. verb. votum 4. q. 7. fine. Et alios referens Minchaca quæst. illustribus, lib. 1. cap. 25. numer. 25. Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 5. vers. 4. Emmanuel Sa summa verb. votum num. vltimo. Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulo ante solutionem ad 1. Manuel 2. como summa cap. 96. ad finem.

Sed merito dubitabis, an si is cui Pontifex votum castitatis commutavit in confessionem mentis, nec commutationem implevit: sed multi transferant abq; confessione mentis, teneatur ad prius castitatis, aut religionis votum, & sic impedimentum habeat ad matrimonium? Quibusdam videtur eum teneri, quando culpa sua commutationem non implevit, vel non habuit animum implendi tempore quo commutatum est. Ducuntur, quod prioris voti vinculum non omnino extinguitur sit, sed in aliam materiam translaturum: sicut ea translatio in statum contractus conditionalis, facio, dummodo facias. Quippe commutatur una materia in aliam, sub tacita conditione, si executioni mandetur materia loco prioris subiecta. Sic docet Manuel addit. ad bullam. §. 9. num. 17. 118. Atq; pro se allegat doctrinam Sori lib. 7. de iustit. quæst. 2. art. 1. in solutione ad 3. sine vers. quid si: quam etiam sequuntur Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 3. in solutione ad 2. in fine. Vega 2. como summa cap. 129. casu 79. Grassi 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 30. num. 3. ubi omnes hi asserunt eum, qui simplex religionis votum emisit in seculo, & id implevit profitendo in religione, si culpa sua iam professus expellatur, nec correctus admittatur, teneri ratione prioris voti aliam religionem ingredi. Cum tamen constet omnia vota simplicia commutari in religionis professionem cap. scripturae,

de voto. Ergo commutatio voti tacitam claudit conditionem, si materia, in quam fit, impleatur. Insuper probari potest, quia licet aliquibus videatur, ei cui votum est commutatum, ac commutationem ratam habuit, non liberum esse ad prius votum redire, ea materia commutationis relicta, sed eum teneri hanc exequi. Quia per commutationem est votum omnino extinguitur circa priorem materiam. At alijs neotericis doctis, quos sequitur Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 18. quæst. 10. placet, posse illum propria autoritate ad prius votum redire. Ergo votum circa priorem materiam non extinguitur, sed sub conditione est commutatum. Verum existimo hunc, qui ratam habuit commutationem voti, quantum culpa sua omiserit materiam, in quam commutatum est, nullatenus teneri ad priorem voti materiam, vt castitatem, vel religionem. Ducor, quod per commutationem sit votum prorsus extinguitur circa priorem materiam: & obligatio eius voti sit prorsus translata in materiam subrogatam. Vt fatentur omnes cum Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 10. notabili 2. Nec iure probetur eam commutationem sub conditione fieri: nec quando commutatum votum, ea conditio apponitur. Si enim apponeretur, aut tacite inesset, nil referret, siue culpate, siue in culpate non mandaretur executioni materia, in quam votum est commutatum: utroq; enim casu voti obligatio reuivisceret. Et ita hanc partem tenet Viualdus candelabro factam. 3. par. cap. 14. num. 27. quantum nu. 28. contrarium dicat, quando commutatio fit à iure. Vt contingit in omnibus votis simplicibus, quæ iure commutantur in religionis professionem. Sed nec hoc approbo. Quia capit. scripturae, de voto, nulla talis conditio apponitur in hac commutatione. Quare doctrina Sori, & aliorum proximè allegata, dicentium teneri professum culpa sua eisdem implere votum religionis in seculo emisum, ingrediendo aliam religionem, prorsus mihi displicet. Et idem merito iidem Auctores dixerunt contrarium esse probabile, & mihi est fere certum. Quia vota omnia prorsus extinguuntur per professionem. Nec contra nostram sententiam facit quod in fauorem contrariæ adduximus, nempe, posse voventem omnia commutatione acceptata redire liberè ad prius votum. Quod valde mihi placet. Nam ratio huius est, (vt optime

decer

docet Azor proximè allegatus, quia commutatio voti fieri videtur tacita conditione, vt liberum sit voventi materiam subrogatam exequi, aut priorem, in cuius locum alia materia subrogata est. Quod si dicas, ad libitum quoq; statui hanc conditionem: cum nullo iure probetur. Respondeo operatione ratione niti. Quia tota commutatio sit in fauorem, & gratia voventis, vt ipsius utilitati prospiciatur. Ratio ergo ipsa huius fauoris petit commutationem sub ea conditione intelligi, vt integrum postea voventi sit, utramvis materiam eligere. Quæ ratio minime probat commutationem quoq; fieri cum tacita conditione, vt culpate omittens materiam subrogatam, teneatur ad priorem. Id enim non credit in voventis fauorem, sed ei est onus. Aliam etiam rationem reddit idem Azor ibi. Quod commutatio voti fiat in æquale, cum ergo voti materia prior sit æqualis materiæ subrogatæ, licebit voventi ad priorem redire. Quia votum in æquale commutare potest quivis propria autoritate. Sed hæc ratio displicet. Nam vt votum propria autoritate possit in rem æqualem commutari, est necessaria euidens æqualitas. Qualls non desideratur, quoties per privilegium, aut potestatem ordinariam prælati fit commutatio. Adde si huic rationi innitatur hæc sententia, non fore licitum voventi redire ad prius votum, quando commutatio facta est in melius. Cuius contrarium est verum, idq; probatur ratio prius allata: Quare concludendum est, votum in aliam materiam commutari absolute, ad eum effectum, vt semel commutationem acceptans, in nullo prorsus euentu teneatur ad priorem: ac sub conditione, ad eum effectum, vt qualiscunq; sit materia subrogata, liberum sit semper voventi, ad priorem redire. Quod si commutationem factam acceptauit; non intendens ad illam obligari, non manet votum commutatum, ac proinde illud obligat. Cum tamen ex parte commutantis fuerit omnino valida commutatio, factis est vt illa possit voventis vt, si quando eum; inter se commutationem acceptet. (Sicut de facte professio diximus lib. 2. disputat. 32. num. 14.) Si autem verè acceptauit commutationem, sed non intendens eam explere, voluit quidem, & tenetur animo illum iniquum mutare, illamq; complere. Sicut asserunt Doctores de eo, qui animo promittendi, sed non implendi vouit. Quod si petas, an sicut est liberum ad prius votum

redire, ita ubi semel redijt, possit iterum materiam subrogatam eligere. Dicemus disput. 32. num. 3.

Secunda conclusio. Hæc votum reseruat non ita amare, ac strictè accipienda est, quin liceat Episcopo dispensare in his votis castitatis perpetuæ, ac religionis, quando magnum incontinentiæ periculum imminet, nec facilis aditus ad Pontificem patet, præ paupertate, vel alia causa. Quia iure optimo credi potest, non esse mentem Pontificis velle in tali casu reseruare sibi hæc vota: neq; est verisimile velle eum, vt anime laqueis irretitæ in tanto periculo verentur. Item probatur ex doctrina Abbatis cap. finali num. 8. de Eccles. edificand. Et Cardin. clem. 1. num. 27. quæst. 29. de rebus Eccles. non alien. Felini cap. cum accessisset num. 22. de constit. Gregorij Lopez. l. 2. tit. 14. par. 1. glossa 1. fine, ubi dicunt in summa alienandi necessitate, quæ eam celeritatem requirit, vt superior consuli nequeat, posse fieri alienationem sine eius licentia, etiam si iuramentum interuerit non alienandi sine eius licentia. Præterea quia licet regulariter nequeat Episcopus in lege Pontificis, aut concilij dispensare, potest tamen in casu urgentis necessitatis, quando ad Pontificem non patet aditus (vt probaui lib. 2. disp. 40. num. 3.) Et ideo hæc partem tenent Sylu. verb. votum 4. quæst. 4. Nauar. summa cap. 12. num. 76. Palacios 4. d. 38. disp. 1. colum. 9. vers. & quidem Episcopus. Henriquez lib. 6. de penit. cap. 14. num. 7. in commento, litera P. & lib. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 6. in commento, litera B. Emmanuel Sa summa verb. votum, ubi de voti irritatione num. 11. Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 7. columna 10. vers. ex quo sequitur. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. columna 8. vers. siquis autem quærat. Manuel 2. como summa cap. 100. num. 3. conclus. 7. ad finem, & q. regulat. 1. in omni. q. 63. art. 6. Ludovicus Lopez 1. par. instructorij cap. 49. col. 2. vers. licet Episcopus Grassi 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 31. nu. 29. Antonius Gomez in bulla Cruciatâ, clausula 10. num. 88. Et idem sentiant multi alij Doctores, quos nu. 24. allegabo, dicentes generaliter ob incontinentiæ periculum posse Episcopum dispensare. Atq; idem dicendum est, quando et si Pontifex adiri possit, at ex mora aduerti graue incontinentiæ periculum imminet. Vt docet bene Sylu. & Henriquez utroq; loco proximè allegati. Atq; idem

aperit fontem ceteri doctores relati: tunc enim verè dici potest non esse facile, & commodum recursum ad Pontificem: eò quòd ex mora graue incontinentiæ periculum confurgat. Quare non est audiendus Manuel in bulla Cruciatæ. §. 9. dubio 1. quod mouet circa votum castitatis num. 118. dicens non posse Episcopum in his euentibus dispensare. Nec Ludouicus Lopez 2. par. instructorij, vbi de clauibus cap. 9. columna penultima dicens in solis remotissimis Indiæ partibus hoc licere Episcopo. Immo ob eandem rationes dicendum est idem, quauis non imminet periculum incontinentiæ ex mora: si aliud quocunq; graue periculum imminet: vt grauis scandali, vel magni damni tertiæ personæ. Quæ ratione his diebus consultus de hac re censit posse Episcopum dispensare cum iuvene, qui voto religionis alitri virginem deplorat, ac grauidam effecerat, volebatq; eius samè consulere eam ducens, eratq; periculum in mora. Quia si dispensatio Pontificia exspectaretur, impediretur matrimonium à consanguineis viri, qui illi repugnabant, ac mutata viri voluntate, quæ non ita firma erat, quin facile mutari posset. Atq; fauent Sylu. & Henriquez proximè allegati, qui non limitant periculum ad incontinentiam, sed generaliter dixerunt posse Episcopum dispensare, quando nequit adiri Papa, nisi periculo interuenienti ex mora.

23 Atq; eadem doctrina extendi debet ad cætera vota seruata: quauis non ita frequenter hæc necessitas in illis contingat. Si enim vouens iustam causam secum dispensandi habeat, nec possit adire, nec mittere Romanam, vel careat sumptibus necessarijs ad dispensationem impetrandam, potest Episcopum dispensare. Quod tenent viri doctissimi neoterici: & fauent Palacios num. præcedenti allegatus, dicens in omnibus votis, Papæ referuatis posse Episcopum dispensare: si impotentia adeundi Papæ preferat.

24 Ex hac doctrina colligitur qualiter doctorum sententia vera sit circa intellectum cap. veniens, qui cleric. vel vou. qui censent posse Episcopum per illum textum dispensare in voto castitatis ex perturbatione animi emisso, quando vouens est iuuenis, vel suspectus, & hoc ob maius incontinentiæ periculum vitandum. Ducuntur quoddam in eo textu permittatur dispensatio in hoc euentu. Ac proinde potest E-

piscopus: iuxta regulam traditam disput. 5. num. 1. Ita docet Speculator tit. de dispensatione. §. nunc de Episcoporum num. vers. 133. Abbas autè cap. veniens, in fine, & ibi Alex. de Neuo num. 11. Cardinal. sine. Præpos. nu. 3. & c. rursus, eodem tit. num. 6. Maioris 4. d. 32. quæst. 2. in solutione ad 2. contra 2. conclusionem. Angelus verb. matrimonium 3. impedimento 5. num. 3. & verb. votum 4. num. 9. Armilla verb. dispensare num. 17. Gambara de autoritate legati, lib. 1. o. num. 480. & sequentibus. Et vt probabile affirmat sub distinctione Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. c. pelus 5. num. 45. Et videtur tenere Azor lib. 11. institutorum moralium cap. 19. q. 11. ait enim in eo cap. veniens, dispensare Episcopum ex commissione Pontificis in voto continentia, vel quia femina iuuenis erat, ac incontinentiæ periculum patiebatur. Hæc tamen doctrina ita vniuersaliter tradita non est vera, nec colligitur ex eo textu. Quippe in illo non dispensauit Episcopum propria autoritate, sed ex Papæ commissione, vel ipse Papa. Vt bene docent ibi Host. sine. Ioan. And. num. 5. Anton. num. 9. Anchar. num. 3. Sylu. votum 4. q. 4. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 22. num. 49. Quare intelligenda est hæc doctrina vt verum habeat, quando est periculum incontinentiæ ex mora adeundi Pontificis, iuxta dicta num. 22.

25 Temperant quidam tradita num. 22. & 23. vt tunc in eo euentu liceat Episcopo dispensare, quando non est recursus ad Nuntium. Sic Aragon allegatus num. 22. Manuel. 2. tomo summa cap. 100. num. 3. ad finem. Sed hæc limitatio caret fundamento. Quoddam Nuntius quauis legatus à latere sit, tantum potest circa dispensationes in tota sua provincia, quæ potest Episcopus & alij ordinarij in sua diocesi vt docent Speculator tit. de dispensatione. §. consequenter aliqua, initio. Abb. cap. finali num. 5. de transact. & cap. dilectio num. 5. de præb. Rebuffus praxi beneficij: de vniuersibus num. 24. Mandosius regula 17. cancellariæ quæst. 7. num. 5. Couar. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 20. num. 11. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. initio. Cum ergo maior potestate non gaudeat, quam Episcopi: parum referet possit adiri Nuntius, nec ne. Fateor tamè si Nuntius, vel quiuis alius haberet ex priuilegio Pontificio potestatem dispensandi in his votis, & commode absq; prædicto periculo adiri posset, nulla-

tenus

tenus posse esse Episcopum dispensare: vt contra aliquos late probauit lib. 2. disp. 40. num. 8.

26 Hæc autè dispensatio Episcopi tantum deferretur illi vsui, ad quem necessitas cogit. Non ergo potest dispensare, vt vouens eo matrimonio soluto ad aliud transeat contra votum religionis, aut castitatis: nisi tunc eadem necessitas occurreret: tunc enim posset iterum dispensare. Nec similiter prodesset ea dispensatio ad vitandum sacrilegium quod fornicando committeret contra votum castitatis. Quia cum sola necessitas dispensandi facultatem tribuat, in tantum extendetur facultas, in quantum necessitas urget. Quæ solam urget ad tunc in eundem matrimonium.

27 Sed dubitabis, an quando hæc vota non referuatur Pontifici, vt si sit votum non nubendi, aut temporale castitatis, possint parochi in eis dispensare? Manuel. quæst. regular. 2. tomo. quæst. 46. art. 9. generaliter tradit occurrere necessitate quando commode Episcopus nequit adiri, posse parochos dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, non ex iure ordinario, ac communi, sed ex sumptis Pontificis voluntate. Dicitur, quia dispensatio in voto est inlar dispensationis in lege: auctore. D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 20. quem omnes sequuntur. At parochus potest in lege ieiunij dispensare, quando non est facilis aditus ad Episcopum. Vt docent Hostien. rubrica de obseru. ieiun. num. 8. & ibi Henricus num. 9. Anton. esp. consilium. nu. 11. eodem tit. Palud. 4. dist. 35. quæst. 4. art. 1. num. 12. Antoninus. 2. par. tit. 6. cap. 2. §. 6. vers. 6. Caiet. summa. verb. ieiunium. c. 3. ad finem, & ibi Armilla. nu. 6. Nauarr. summa. cap. 2. nu. 21. Angles florib. 1. p. vbi de ieiunio. quæst. 5. difficultate. 4. sine, Emmanuel Sa summa. verb. ieiunium. nu. 9. Vega. 1. tomo summa. e. 14. casu 36. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 24. conclus. 1. n. 3. Lud. Lopez. 2. p. instructor. vbi de ieiunio. c. 109. col. 2. vers. tertio dicitur. Imò nulla existente necessitate, eò qd ad Episcopum potest confugi, vt dispenset, posse parochum dispensare videtur tenere Innoc. c. 1. nu. 2. de obseru. ieiun. Ioan. And. rubr. de obseru. ieiun. nu. 3. & ibi Anchar. nu. 3. Anton. n. 4. & ibi Cardin. q. 6. vbi dicunt forte posse Sacerdotem proprium dispensare in ieiunio. Vi ientur etiã tenere Durand. 4. d. 15. q. 10. n. 6. & ibi D. Tho. q. 3. art. 2. quæst. 1. articula. 4. ad 3. Ricard. art. 4. q. 4. vbi om-

nes hi dicunt posse operarios ex proprijs Sacerdotis dispensatione ieiunij soluere. Et adhuc clarius videtur tenere Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. dubio 1. Medina lib. 1. sum. c. 14. §. 10. ad finem. Vuald. candell. Sacram. 3. p. c. 15. nu. 57. Valentia. 4. p. disp. 9. q. 2. punctio 5. vers. penult. vbi indistinctè auit dispensationem hanc pertinere ad Episcopos, vel parochos. Videtur etiã tenere Rosella. verb. ieiunium. nu. 26. vbi ait petendam esse hæc dispensationem ab Episcopo si haberi potest, vel saltem à proprio Sacerdote. Et expressè posse parochum, etiã si sit recursus ad Episcopum, tenere Sylu. verb. ieiunium. q. 7. dict. 4. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 18. vers. sic, præsentè igitur. Azor lib. 7. institut. moralium. c. 29. q. 3. & ratio est, quia est attentio iure parochus hanc potestatem non habeat. At eum consuetudo det iurisdictionem. c. cum cõtingat, de foro cõpet. cum multis textibus, quos congerit ibi Gloss. verb. vel cõsuetudine, hoc possit ex cõsuetudine, quæ id ita recepit, vt parochi dispenent præsentè Episcopo. Nõ enim circa hoc Episcopos, sed solus parochus adiri solet. Quod quiddè verisimè reputo. Idemq; auit, & bened. Sylu. & Palacios circa dispensationem in esu carniũ. Imò hoc extendit Rosella, & Palacios ad cõfessariũ, ad dit Palacios; si eleus sit per bullã, quando ad parochum non est recursus. Quod is cõfessarius vicem eius gerat. Sed merito Azor. d. c. 29. q. 4. id esse cõfessariũ negat. Quod ea authoritas dispensandi in ieiunio non probetur cõsuetudine: & nõ sit sola declaratio, sed vera legis relaxatio. Quauis autem placeat hoc posse parochum, contra Angelum, verb. ieiunium. nu. 20. & Gabriel. 4. d. 16. q. 3. art. 1. notab. li 5. sine, dicentes nõ posse. At posse eum in votis dispensare, occurrèti necessitate, nec patenti ad Episcopum adire, nullatenus approbo. Quod videam omnes Doctores in tractatu de voto asserere nullũ, qui iurisdictione quasi Episcopali præditus non sit, posse in votis dispensare, nisi ex priuilegio, vel cõsuetudine id ius habeat. At nulla cõsuetudine receptũ est, vt id possint parochi, imò oppositũ cõsuetudo generalis habet. Vt testatur Host. c. 1. n. 2. de voto. Nec rectè dicitur argumentũ ex potestate dispensandi cõsuetudine acquisita in lege ieiunij, ad potestatem dispensandi in votis. Nã cõsuetudo hæc, vt iuri derogans, adeo restringenda est, vt iure optimo Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 6. n. 44. dicat Archidiaconũ, qui iure nõ habet potestatem dispensandi,

Hhh 3 sed

sed cōsuetudine, nil amplius posse, quā
id quod vsus obtrinit: vnde si cōsuetudo
habeat, vt possit dispensandi potestate ha
bere in votis peregrinationis, non ob hoc
possit dispensare in votis abstinētia. Et cū
lex de ieiunij obseruatiā similitur sit legi de
festorum obseruatiā, quā precepto de vo
tis obseruatis, Sotus lib. 2. de iust. q. 3. ar. 4.
in solutione ad 3. vers. lex ergo capita, in si
ne, & Emman. Sa in sum. verb. festum. n. 6.
nō autē sunt absolute affirmare posse paro
chum in festorum obseruatiā dispensare,
sed cum hac restrictione, vbi i cōsuetudo
obtinuit. Et tandem non posse parochum
in votis dispensare, ait Sotus lib. 7. de iust.
q. 4. art. 3. col. 5. vers. abbates item.

Tandem dubitatur, an peccet si faculta-

tem dispensandi, ac cōmutati habens, dis
penset omnino, nulla cōmutatione admix
ta? Affirmat Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3.
col. 8. vers. hinc ergo fidelis, & Manuel. 2.
tomo summa. c. 100. nu. 4. ad finem: & idē
quoq; affirmat de perente. Quod in fide
lis dispensatio sit, qui cum minori domini
iacura potens aliquid efficere, eius ratio
nem non habens, cum maiori facit. At di
cendum est, vtrumq; culpa vacare: si causa
iusta dispensationis adsit. Quod recepif
simus Ecclesie vsus approbat: cum sēpif
sime dispensatione vtantur prelati. Nec in
fidelis esset ille dispensatio, si causa iusta
laderet ad faciendum cum maiori domini
iacura, si dominus vtramque potestatem
commisisset, & vellet eum vtraq; vti.

DISPUTATIO DECIMA.

An quando vota castitatis, ac Religionis, sunt pœnalia, aut conditio
nalia, integrum sit Episcopo dispensare?

SUMMARYM.

Quot quæstiones agitatur. Et explicatur,
quid sit votum pœnale num. 1.

An sit pœnale, ac conditionale, sub hac forma
emissum, Voto religionem, si lusero? Referit
tur varia sententia. num. 2.

Explicatur sententia Authoris: & an sit pœnale,
si pater vocat religionem, si filius lusero: &
in dubio an sit censendum votum pœnale, ac
conditionale? num. 3.

Quid sit votū merè conditionale: & an tale sit, si
pater meus obierit, ingrediar religionem? n. 4.

An sit verè conditionale, si à morbo, vel periculo
liber euasero, ingrediar religionem: & quid
in dubio de voutis animo? num. 5.

An in voto verè pœnali castitatis, & religionis,
possit Episcopus dispensare? Referitur duplex
sententia. num. 6. & 7.

Proponitur sententia Authoris num. 8.

An possit Episcopus dispensare in his absolute e
missis, quando voutens ea eligit in pœna peccati
admissi, vel ad vitandam infamiam? nu. 9.

Satisfit argumentis. num. 10.

An in voto conditionali possit Episcopus, Refer
tur duplex opinio. num. 11. & 12.

Proponitur sententia Authoris. num. 13.

Quid, si conditio sit de præterito, aut presenti,
aut tacite insit? num. 14.

Satisfit argumentis num. 15.

HAc in re diuersimodè loquuntur
auctores de voto conditionali
pœnali, & de voto merè condi-

tionali. Quare duplex agitur quæstio.
Prior de voto merè pœnali: posterior ve
rò de merè conditionali. Præmittenda au
tem est vtriusq; voti definitio. Pœnale est,
quoties voutens minimè affectus est ad rem
sub pœna in voto promissam, sed illam sibi
in pœnam proponit, vt eius incurrendæ ti
more arceatur à crimine, qđ vitare cupit.
vt si quis se nō lusurū promittat sub pœna
ingressus in religionē, aut castitatis seruan
dæ in quo voto eius animus directè fertur
ad vitandū ludum: & solum in pœna ludi
admissi vouet religionem, aut castitatem.
Et quando sub hac forma emittitur votū,
fatentur omnes id esse pœnale.

Controvertitur autem an tale sit, an po
tius verè merè conditionale, quando vo
tum est de sola pœna, & crimen ponitur
quasi sub conditione, vt si lusero, ingrediar
religionem, vel voueo castitatem, si lusero.
In quo euentu constat votum esse so
lius castitatis, aut religionis, atque ita vo
uentem hunc non esse rem voti ludendo,
sed tantum teneri ad religionem, vel casti
tatem. Discordant autem Doctores, an id
votum sit pœnale, an merè conditionale.
Quibusdam placet esse merè conditionale.
Quod cæterorum votorum conditiona
lium formam habeat: ac suspendatur obli
gatio pœnæ in euentum ludi sub cōditio
ne positi. Sic Nauar. summa Latina. cap. 12.
num. 43. Hispana. cap. 28. addit. ad nu. 42.
cap. 12. Azor lib. 11. institutionum mora

lium

lium. cap. 19. qua. 2. 3. Alijs placet votum
esse conditionale pœnale. Quod in animo
voutens non eligatur res illa sub pœna
promissa, quali voutit, & materia sit inten
tionis directæ, sed quasi odiosa sibi, & pœ
na, vt à crimine quod cadere desiderat, se
contineat. Quod voti pœnalis proprium
esse diximus num. præcedenti. Sic tradunt
Sotus lib. 7. de iust. qua. 2. art. 1. in soluti
one ad 4. Quidam 4. dist. 38. qua. 2. v.
illea, propositione 29. Gutierrez, qua. 2. ca
non. lib. 2. cap. 2. 1. num. 32. & num. vltimo.
Toledo lib. 4. summa. cap. 18. num. 9. ver
sic, pœnale est. Manuel. 2. tomo summa. c.
97. conclus. 2. nu. 2. Vega. 2. tomo summa
cap. 19. casu 10. Antonius Gomez in bul
la Cruciatâ, clausula 10. num. 99. Llamas in
methodo curationis. 3. p. cap. 4. 3. 40.

Sed alij vtramque sententiam sic concili
ant. Si animus voutens non sit ad reli
gionem, castitatemve affectus, sed quod pec
catum in conditione positum euitet, pro
ponit sibi in pœnam, castitatem, vel reli
gionem, eam promittens, si id crimen admi
serit, est verè pœnale: vt tenet posterior
sententia num. præcedenti relata. Si verò
ex affectu castitatis, ac religionis, hæc pro
mittat casu quo lusurit, quia, scilicet, hæc
eligit non tanquam odiosa, sed ac sibi gra
ta, vt in eo statu vitam quietam traducat
abstinētiâ ludō, pœnitentiâq; agar lu
dis est verè conditionale: vt ait prior
sententia num. præcedenti relata. Quia in hoc
euentu, nec quoad formam voutendi, nec
quoad voutens animum eligitur religio
tanquam odiosa, & pœna. Sic Corduba sum
ma qua. 1. 152. Valentia. 2. disp. 6. qua. 2.
6. pundo 7. columna 10. vers. ite possunt.
Manuel in expositione Cruciatæ. 9. nu.
124. & 125. Ludou. Lopez. 1. p. instr. & o
rij. cap. 44. columna 2. versic. Si autem sub
forma. Et satis mihi placet hæc concordia:
quoniam existimem rarissimè vota hæc pos
teriori modo emitti: & ita existimè ferè
semper esse pœnalia: atque in dubio de vo
uentis animo esse alia iudicanda. Atque si
milli distinctione vtendum est, si pater vo
ueat religionem, si filius lusero: vt bene a
iunt Corduba, Ludouicus Lopez, Manuel
ibidem. Vega. 2. tomo summa. cap. 12. 9. cā
su 114. Quâuis crederem in dubio esse vo
tum pœnale, proponente sibi patre eā pœ
nam, vt filius ludo arceatur.

Votum verò conditionale sic definitur
quibusdam. Quoties voutens desiderat
v. g. religionem, aut castitatem, ac quia ali

quo impedimēto præpeditur, ne possit istā
rim propositum exequi, promittit hæc ces
sante eo, vt impedimento, quasiposito sub
conditione, si cessauerit. Et adhibent Iu
nius rei exemplum, vt si quispiam promittat
religionem, si pater suus obierit, vel si fa
cultates suppetierint, vt in religionem ad
mittatur. Sic Sotus, & Gutierrez. nu. præ
cedenti allegati. Vega. 2. tomo summa. c.
129. casu 99. Atque alij quantum hanc con
ditionalis voti definitionem non statuunt,
numerant tamen hoc inter vota conditio
nalia, si pater meus obierit, ingrediar reli
gionem. Ita Aragon. 2. 2. qua. 88. art. 12.
columna 8. vers. si quis autem querat. Ma
nuel. addit. ad bullam Cruciatam. 9. nu.
116. At hæc definitio minimè placet. Nam
si quis impeditus nunc, proponat abhinc
vno anno se ingressurum religionem, idq;
voueat, est votum absolutum. At huic æ
quiualeat, si promittat se ingressurum, si pa
ter obierit, vel si facultates suppetierint.
Nam particula illa, si, æquiualeat, quando:
atque ita potius est determinatio temporis,
quo votum exequendum est. Nec me
latet diem incertum, vt mortis patris, æ
quiualeat conditioni in testamentis, vt ex
presse habetur. l. 1. & l. dies incertus. ff. de
condit. & demonstrat. quoad effectum nō
transmittendi hereditatem, vel legatum in
hæredem. At quoad vota dies ille incertus
non facit veram conditionem, vt potè, que
ex affectu voutens ad rem promissam di
iudicanda sunt. Quare sic distinguendum
censeo. Quando particula conditionalis,
si, æquiualeat in animo voutens particule,
quando, vt sensus sit, quando hoc euene
rit, tunc non est verè conditio, sed potius
est temporis voti implendi determinatio,
solumq; conditionis effigiem habet. Et is
est communiter voti sensus, in quo ob im
pedimentum præsens differt voutens execu
tionem in tempus. quo impedimentum
cessabit. Et constat, quia reuera animus vo
uentis tunc affectus omnino est erga re
ligionem, & habet consensum perfectum
illam ingrediendi, nec voluntas in aliud
fertur, & solum illius animi executionem
differt in tempus cessantis impedimenti,
quando differt in annum. Quod est cōtra
naturam verè cōditionis, que perfectio
cōsensus suspēdit. Atq; imperfectus est,
pēdēs ex futuro cōditionis euentu. c. vni
co, sine, de spōsalibus. in 6. Quare Sotus. 4.
d. 29. q. 2. ar. 1. post 2. cōclusionē. vers. hinc
colligitur, & Bartho. de Ledefide matrim.

Hhh 4 dubio

dubio 25. conclusione 1. sine, optimè dicunt in his verbis, Cōtra me tecum, si parer meus moriatur, eam conditionem non videtur adiectam in hac conditione, sed tempore pignificationis, & sensum esse, Quādo parer meus obierit. Et Albertus in suo dictionario, litera S. in dictione, si, vers. si nō semper, in fine; probat dictionem, si, aliquando accipi, pro quando nec facere conditionem. Quod si dicas, in eo voto, si parer meus obierit, promitto religionem, in clu di virtute veram conditionem, si patri superuixero, ac proinde esse verè conditionale. Respondeo eam conditionem tacite inesse, ac proinde non reddere actum conditionalem. Similiter enim inest, dum eras promittit quis se ingressurum religionem. Cū tamen constet esse votum absolutum. Quem autem sensum debeat efficere particula, si, ut sit vera conditio, & reddat votum verè conditionale, si petas dico eum esse, quando affectus non fertur directe in re promissam, sed in aliud, quod optat consequi, aut vitare, quod ponitur in conditione. Quod magis constat ex dicendis num. sequenti; & idem cōtingit, quoties dicitio, si, retinet suam naturā, quæ est consensum suspendere.

Hinc fit, huiusmodi vota, dū quis morbo pressus, aut in alio periculo constitutus, promittit religionem, si incolumnis euaserit, esse verè conditionalia, quando animus vouentis fuit, quasi inire contractum innominatum cum Deo, faciam ut facias, id est, si hoc mihi concesseris, ingrediar religionem. Quia voluntas non fertur directe in religionē, sed in consequentē incolumitatis, ac ad obtinendā hanc offeritur Deo, penderq; obligatio hæc ad futuro eventum. Quod si obijcias eam conditionem tacite inesse: nam nequit aliter ille religionem ingredi. Dic non inesse tacite eo modo, quo apponitur, nempe, per modum pacti cum Deo iniri: sed in eo solo sensu, si vixerit. At tacita conditio apposita alio modo quā tacite inest, reddit adū verè conditionalem (vt probauit lib. 4. disp. 1. nu. 7.) Si autem animus vouentis affectus sit omnino ad religionem, ac defectus salutis impediatur, aut naufragium imminens: voueatq; religionem si a morbo, vel naufragio liberetur, votum est absolutum in re. Quia sensus est, quando sanus, vel incolumis euaserit. Non enim tendit animus vouentis ad salutem, vel incolumitatem præcipuè, & directe, sed ad religionē illa-

q; sub conditione ponit, quatenus impedi-
menta sibi sunt ad finem operati adsequen-
dū, quasi dicas, cessante hoc impedimento,
ingrediar. Sicut quando, promittit, si pater
obierit. At huiusmodi vota, si sanauerit, si
incolumis euaserit, voueo hoc, serè sepe
in priori sensu emittuntur, & sunt condi-
tionalia, at ubi non constat aperte de animo
alio vouentis, indicanda sunt ex cōmunitate
accidentibus verè conditionalia.

His ergo præmissis, quæstio prior est.
An possit Episcopus dispensare in votis
pœnalibus castitatis, & cœteris referatis? Quia in re est triplex sententia.
Prima sustinet nec ante, nec post incursam
obligationē ad pœnā, & sic nondū impleta
cōditione, aut lā impleta, nequire Episcopus
dispensare. Ducitur, quod ante incur-
sam pœnam nondum est castitatis votum,
aut religionis. At dispensatio versari non
potest circa id, quod nondum est. Quod si
dicas dispensari, posse ne violato voto ab-
stinendi ab eo crimine, incurratur obliga-
tio pœnæ promissa, nempe, religionis, aut
castitatis: obstat quod idem sit, rem tem-
pore inhabili effici, aut effectum ad tem-
pore inhabile referri. In tempus. ff. de hæ-
red. instituen. Et probauit lib. 6. disp. 1. nu. 6.
At post incurram pœnam nequit Episcopus
dispensare (vt num. sequenti probabi-
mus.) Ergo nec ante. Secundo, quia si quis
in pœnam, ac supplicium vitij à se admisi
promittat religionem, est re vera votum
pœnale, nec tanquam sibi gratam, sed potius
exofam, ac vitij supplicium illam eligit.
Et tamen nequit Episcopus in eo dispensare.
Et idem quando quispiam quod præbendam, cui se opposuerat, amiserit,
præ indignatione, ac desperatione, ne vitam
ignominiosam ducat, vouet religionem.
Cū tamen id votum non procedat
ex religionis affectu. Et confirmatur, quia
quando quis non promittit se crimen vitaturum,
sed vitium est votum pœnæ, casu
quo crimen cōmittat, vt si lusero, promitto
religionem, directe fertur voluntas in
religionem promissam. Ergo tunc non potest
Episcopus dispensare. Huius sententia sunt aliqui,
quos tacito nomine refert Philiaricus de officio sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 2. 2. vers. penultimo. Et eam
consent ipse æquè probabilem, ac duas statim
referendas.

Secunda sententia sustinet posse Episcopus
dispensare nondum incurram pœnam, at-
q; ita conditione non impleta, secus post

incurram

incurram pœnam, & sic conditionem imple-
tam. Priorem partem probat, quia ante
pœnam contra Deum non est verè votum re-
ligionis, aut castitatis, sed abstinendi ab eo
vitio, in cuius admisionis pœnam, quasi
accessorie promittitur religio, aut castitas.
Quod si dicas, quando sola pœna promit-
titur, vt si lusero, voueo religionem, votū
esse solius religionis: & sic nō militat hæc
ratio. Fateor quidem hanc rationem non
militare, ac militat hæc, quod adhuc id vo-
tum minime sit ex religionis affectu, sed ea
quali exofa in pœnam eligatur. Postero-
rem autem partem probat. Quia semel iam
incurram pœna, & sic impleta conditione,
obligatio ad religionem, vel castitatem, est
omnino absoluta, & independens ad futuro
eventum. At in his votis absolutis nequit Episcopus
dispensare. Et confirmatur, quia
adueniente conditione non minus absolu-
tè, ac independenter id votum obligat,
quā si à principio absolute omnino emis-
sum esset: vt constat ex l. potior. 11. in fine
principij. ff. qui in pignore potiores habeat
rei, ibi: Cū enim semel conditio exierit,
perinde habetur, ac si illa tempore, quo spulatio
interposita est, sine conditione facta esset.
Et idem hoc sustinet Sotus de cauendo
iuram. abusu. 1. par. cap. 5. & lib. 7. de iustit.
quæst. 2. art. 1. ad 4. & quæst. 4. art. 3. col. 5.
vers. vnum verò. Couarr. cap. quatuor pa-
ctum. 1. par. §. 3. num. 12. de pactis, in 6. Al-
cozer lib. de ludocap. 13. conclus. 9. & in
summa. cap. 16. ad finem. Corduba summa
quæst. 152. Angles floribus. 2. part. vbi de
voto. quæst. vnica, art. 8. diff. 10. Gutierrez.
quæst. canonice, lib. 2. cap. 22. nu. 50.
§ 1. & num. vltimo. Manuel in bulla Cru-
ciata. §. 9. num. 124. dubio 2. quod mouet
circa votum religionis. Azor lib. 1. r. insti-
tutionum moralium, cap. 10. quæst. 3. & cap.
19. quæst. 13. Grassus. 1. p. decisionum, lib.
2. cap. 28. nu. 3. Llamas methodo curatio-
nis. 3. par. cap. 4. §. 40. Et ait esse probabi-
lem Philiaricus num. præcedenti allegatus.
Et videtur aperte huius sententia Nauarr.
summa Latina, cap. 12. nu. 43. Hispana cap.
28. addit. ad num. 42. cap. 12. nam cū præ-
mississet in voto conditionali nequire Episcopus
dispensare, subdit in voto pœnali pos-
se ante impletam conditionem. Quare videtur
censere secus esse post impletam.

Tertia sententia (cui tanquam probabili-
ori adhæreo, quāuis duæ præcedentes
sint satis probabiles) ait posse Episcopus

dispensare, ante, & post impletam condi-
tionem, & sic sine pœna nō dum incurram sit,
sive iam incurram sit. Dicitur, quod cū hæc
reseruatō odiosa sit, ac nimis restringenda
(vt probauit disput. præcedenti nume. 5.)
vota hæc tunc reseruatō censeri debent,
quando sunt simpliciter castitatis, aut reli-
gionis. At vota pœnalia non sunt huiusmo-
di. Quia cū votum sit actus religionis,
quo quis rem sibi gratam, & acceptā offert
Deo in eius cultū, id simpliciter, & absolute
votū dicitur, qd ex affectu rei promissa
oritur. At in votis pœnalibus nō oritur pro-
missio castitatis, aut religionis, ex animo,
& affectu vouētis, sed potius hæc sibi pro-
ponit tanquam odiosa, & in pœnā delicti.
Ergo siue ante, siue post impleta condi-
tionem poterit Episcopus dispensare. Et con-
firmatur, quia votum pœnale etiam imple-
ta conditione deficit valde à perfectā voti
religionis, & castitatis natura: ratione cuius
perfectiois referuntur hæc vota. Quod
tunc vouens non eligit hæc, vt talia sunt,
sed potius eorū timore, & odio voluit de-
terteri, ne delictum admitteret, quod vitare
proposuit. Et idem hanc sententiam sus-
tinent Ouandus. 4. dist. 38. quæst. vnica,
propositione 29. Perez lib. 8. Ordinamēti,
tit. 19. l. 37. ad finem. Medina lib. 1. summa.
cap. 14. §. 6. Palacios in summam Caietani.
verb. votum. vers. sexto. Henriquez mul-
tis neoterice nominatim allegatis lib. 7.
de indulgentijs. cap. 30. num. 6. Ludouicus
Lopez. 1. p. instructorij. cap. 44. columna
2. vers. si autem sub forma. & 2. part. vbi
de clauibus cap. 9. col. 12. Vualdus candela-
labro Sacram. 3. p. cap. 14. à num. 50. vsque
ad 57. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. col. 8.
vers. si quis autem quarat. Beia in suis res-
ponsonibus, casu 28. Manuel. q. regulari.
tomo. quæst. 63. art. 7. Antonius Gomez in
bullâ Cruciatâ, clausula 10. num. 99. Vega
2. tomo summa. cap. 129. casu 10. & 99. &
114. Et eiusdem sententia: clarè sunt alij
authores, qui absque distinctione dicunt
posse Episcopum in his votis dispensare.
Hi sunt Toledo lib. 4. summa. cap. 18. nu.
11. Valentia. 2. 2. disput. 6. quæst. 6. pun. 80
7. columna 10. vers. item possunt. Emma-
nuel Sa summa. verb. votum, vbi de voti
irritatione. num. 11. Et dicunt esse probabi-
lem hanc sententiam Sotus lib. 7. de iustit.
quæst. 4. art. 3. columna 5. vers. vnum verò
dubium. Couarr. Gutierrez, Angles, Graf-
fis. num. 4. Philiaricus, quos non præcedenti
allegauit. Alcozer summa. c. 16. ad finem.

Manuel

Manuel. 2. tomo summae cap. 97. conclus. 2. num. 2. & in bulla Cruciat. 6. 9. nu. 124.

Non tamen poterit Episcopus dispensare in his votis absolute emissis, quavis ea votens eligat in penam, & supplicium peccati admitti, vel ad evitanda infamiam, & dedecus. Quorum votorum exempla proposui num. 6. in argumento pro prima sententia. Quod licet in causa impellenti ad haec vota reperitur aliqua imperfectio: at verè absoluta sunt, ex nullo eventu futuro pendencia: ac voluntas directè in rem promissam fertur, illamque eligit. At horum votorum absolutorum dispensatio est solius Pontificis. Adde imperfectiorem in his votis reperit non includi in ipso intrinseco vouendi actu, ipsique voti naturas esse ipsi voto extrinsecas. Nam voluntas perfectè, & absolute consensum praestat, eligens independentè ab illo eventu castitatem, aut religionem. Quod secus contingit in votis pœnalibus. Quia in ipsomet vouendi actu, ac subinde in eorum votoru natura clauditur imperfectio consensus voluntatis, qui non perfectè in rem promissam fertur, sed dependentè à conditionis eventu.

Ad argumenta nu. 6. proposita respondetur. Ad 1. dico id argumentum nullam vim habere. Nam est ante impletam conditionem id non sit votum vnde quaque perfectum: est tamen votum imperfectum, siquidem obligat imperfectè ad materiam promissam: nempe, eueniente conditione ut executioni mandetur. Et ita nec ante eventum, est integrum vouenti resistere ab obligatione per id votum contracta ingrediendi religionem, postquàm conditio euenit. Ad 2. constat ex dictis num. praecedenti, ubi in neutro voto posse Episcopum dispensare diximus, reddita differentie ratione. Ad confirmationem dic licet votum sit directè de religione, aut castitate (nulla etiam alia res sub votum cadit.) at non oritur ex illorū affectu, nec ut grata assumuntur, sed ac odiosa, & in penam, quando id votum pœnale est iuxta dicta num. 2. Ad argumentum propositum num. 7. ad probandum impletam conditionem non posse Episcopum: & ad confirm. dic, impletam conditionem esse iam vota haec absoluta quoad obligationem: non tamen quoad radicem ex qua procedere: est enim in illis imbibita ea radice imperfectio.

Questio posterior. An in voto conditionali possit Episcopus dispensare. (Qua-

le sit hoc votum explicuimus num. 4. & 5.) Triplex est sententia. Prima sustinet nec ante, nec post impletam conditionem posse Episcopum dispensare. Probatum non posse ante impletam conditionem. Quod in his votis non militat ratio, quae in pœnalibus remittuntur enim ex affectu castitatis, aut religionis promissae, quavis obligatio perfectè suspendatur in eventu conditionis. At pœnalia non proficiuntur ex amore rei promissae. Et confirmatur ex manifesta differentia inter haec vota. Nam, qui pœnalia emittit, nullatenus tenetur expectare rei eventum, sed posset ante conditionem impletam liberè contrahere matrimonium. At, qui conditionalia emittit, non potest, sed tenetur expectare conditionis eventum, aut defectum (ut generaliter in quocunq; contractu conditionali id probauit lib. 5. disputat. 6. num. ultimo.) Cum ergo diuersa sit in utroque voto obligatio ad castitatem, vel religionem, diuersum quoque erit ius dispensandi. Atque ita in pœnali permittitur Episcopo dispensatio ante conditionis eventum, secus in conditionali. Confirmatur amplius, quod hic ante eventum conditionis ad nuptias transiens peccat directè contra votum castitatis, aut religionis. Ergo haec vota ante conditionis eventum obligant, tanquam vera religionis, aut castitatis vota. Ac proinde nequibit Episcopus dispensare. Posterior pars probabitur num. sequenti. Et ideo huius sententiae sunt Sotus lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad 4. Nauar. summa Latina cap. 12. nu. 43. Hispana cap. 28. addit. ad num. 42. cap. 12. Corduba summa quaest. 152. Gutierrez lib. 2. q. Canonica cap. 22. num. ultimo. Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. columna 8. vers. si quis autem quaerit. Manuel in bulla Cruciat. 6. 9. num. 125. & in addit. eodem. 6. 9. num. 116. Ludouicus Lopez 1. par. institutorij cap. 44. colum. 2. vers. vota ista conditionalia. Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 19. q. 13. Et videtur clarè sentire Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 7. colum. 10. vers. item possunt: & Vega 2. tomo summae cap. 129. casu 99. & casu 21. nam absq; distinctione aiunt non posse Episcopum in his votis dispensare.

Secunda sententia docet ante impletam conditionem posse Episcopum, secus post impletam. Probatum prior pars. Quia ante impletam conditionem id votum conditionale non habet tam perfectam, & absolutam votationem. Quippe votum per-

fectum

fectum statim obligat, licet quandoque non pro statim. Sicut in omnibus praecipis affirmatiuis contingit. At huius voti obligatio pendet ex futuro eventu. Et confirmatur, quia eum virtus obligandi hominem Deo sit de voti essentia. Sicut votum conditionale non dum impleta conditione minime perfectè obligat, sed secūdam quid, nempe, ad expectandum conditionis eventum: ita non potest dici votum simpliciter, sed secundum quid. Nec potest negari valde minui voti perfectionem ex hac dependentia obligationis à conditione voluntarie superaddita. At dum casus aliquis reseruat superiorem, reseruatio tanquam odiosa intelligitur de casu perfectò, & cōpleto in propria specie (ut tradunt doctores in tractatu de penitentia, agentes de casuum reseruatione. Secundò, quia sponsalia conditionalia non sunt simpliciter, & verè sponsalia, donec conditio impleatur: ac proinde non patiuntur publicè honestatis impedimentum, cap. vnicò de sponsal. in 6. Nec excommunicatio lata in contrahentes sponsalia, ac reseruata, comprehendere sponsalia conditionalia, donec conditio adueniret. Quia antea non sunt perfectè in sua specie. Probatum autem posterior pars. Quia adueniente conditione aequè obligant vota haec conditionalia, ac absoluta. Vt constat ex l. potior, in fine principij. ff. qui in pignore potiores habeantur. Cuius verba num. 7. retulimus. Quae ratio ne lib. 5. disputat. 8. num. 5. probauit matrimonium sub conditione initum, effici ea impleta legitimum, non minus quàm si ab initio absolutum esset. Et cap. vnicò, in fine, de sponsal. in 6. dicitur sponsalia conditionalia, quae defectu perfectionis consensus non producebant impedimentum, ante conditionis aduentum, id producere ea adueniente, tanquam suam perfectionem consecuta. Atque id votum conditionale factum est ex castitatis, aut religionis amore: nec ea electa sunt tanquam odiosa, & pœna ad deterrendum à delicto. Atque proinde hac ratione non deficiunt à perfecta actus religionis, ac voti natura. Sicut deficit votum pœnale. Nec valet, si dicas actum vouendi à principio fuisse conditionalem: nec aduentu conditionis mutare naturam. Nam ad dispensandum potius spectanda est obligationis qualitas, quàm eius initium. Secundò, quia excommunicatio nem iure lata in iubentes percuti clericum, vel simoniacè vendentes beneficia,

incurrunt iubentes sub conditione, vel vendentes sub conditione, quando conditione impleta sit percussio, vel consummatur venditio: iuxta omnes, cum tamen res haec sit valde odiosa, & pœnalis. Tertio, quia si quis spondens rem ita se habere, aut habuisse, quasi credentem faciens voueret Deo religionem, si res non ita se haberet, aut habuit, nemo dubitaret nequire Episcopum in eo voto dispensare. Cum tamen consensus in votum sit valde imperfectus. Ratio ergo consensus imperfecti in voto conditionali reperta, non est sufficiens ut impleta conditione possit Episcopus in eo voto dispensare. Hanc sententiam amplectuntur viri quidam doctissimi neoterici. Et pro illa sunt Perez lib. 8. ordinamentit. 19. l. 3. 7. ad finem. Manuel. 2. tomo summae cap. 97. num. 2. conclus. 2. Vega 2. tomo summae cap. 129. casu 10. ubi allerunt, impleta conditione non posse Episcopum in voto conditionali dispensare: & ita videtur sentire antea posse.

Tertia sententia docet posse Episcopum ante, & post conditionem impletam dispensare. Ducitur quoad priorem partem (prior enim satis est num. praecedenti probata.) Quod ad discernendam Episcopi potestatem ad dispensandum in his votis, non sola obligatio ex his confurgens impleta conditione, spectanda sit: alia nec in voto pœnali impleta conditio posset: ut potè quod tunc in illis absoluti obligant: quod tamen est contra receptissimam sententiam num. 8. relata. Sed initium ac radix illius obligationis sunt quoque attendenda. Et si ea à perfecta voti castitatis, & religionis natura deficiant, poterit Episcopus dispensare. Quod impleta conditione licet obligatio sit iam absoluta, ac radix illius obligationis, fuit imperfecta. At haec imperfectio inuenitur in voto verè conditionali. Quippe radix eius obligationis fuit imperfecta voluntas à futuro eventu pendens, quae in ipsa obligatione quasi imbibita manet. Semper enim est verum dicere ortam esse hanc obligationem ex consensu quodam imperfecto. Poterit ergo Episcopus in eo etiam impleta conditione dispensare. Atque ea reseruatio tanquam valde odiosa restringenda erit ad ea vota, quae quoad obligationem, & illius radicem, fortiantur perfectam voti castitatis, ac religionis naturam. Et confirmatur, quia hac ratione potest Episcopus dispensare in votis pœnalibus impleta conditione.

tionem. Quia & si iam absoluta sint quoad obligationem: at imbitam in se habent imperfectionem radicis, nempe, obligatio nem non processisse ex amore castitatis, aut religionis, sed potius ex odio. Ergo similiter poterit Episcopus dispensare in voto verè conditionali, impleta conditione, eò quod in se retineat imperfectionem radicis, ex qua procedit. Tandem quia ferè semper vota hæc conditionalia non procedunt ex religionis, aut castitatis affectione; sed ex amore rei positæ sub conditione, quam vouens obtinere desiderat, & vt facilis illam consequatur, offert Deo ea vota. Sicut nec vota pœnalia procedunt ex affectu rei promissæ. Ergo sicut in his potest Episcopus, ita in illis. Quamvis maiorem rationem potestatis dispensandi in pœnaliibus esse videam: at suo etiam modo ratio illa in cõditionalibus militat. Et id eò hunc sententiæ apertè videtur Toledo lib. 4. summæ cap. 18. num. 11. vbi absolute, ac indistinctè docet dispensationem tam in votis pœnaliibus, quam in cõditionalibus castitatis, ac religionis, ac reliquis reseruat, ad Episcopum pertinere. Et tenet in proprijs terminis dicens praxi vitorum sapientissimi frequentissima receptam esse hæc sententiam Antonius Gomez in bulla Cruciatæ, clausula 10. num. 99. Et tenent quidam viri doctissimi nostræ ætatis temperantes quando votum non apparetur, sed verè est conditionale (prout explicuimus num. 4. & 5.) Quando enim votum est apparenter solum cõditionale, eò quod dictio, si, æquiualeat dictioni, quando, nequibit etiam ante impletam conditionem Episcopus dispensare: nedum post. Et hæc sententia sic temperata mihi præ cæteris placet. Quam post hæc scripta inueni suffineri à Petro de Ledesma 2. par. summæ tract. 10. cap. 8. fol. 1216.

14 Est tamen hæc sententia intelligenda, quoties conditio est de futuro, nec tacitè inest. Quæ reuera suspendit consensum, efficiat: nè votum absolutum sit. Nam si sit de præterito, aut præsentis, vt voueo religionem, si ita res se habet modo, aut se habuit, non suspendit, sed est votum omninò absolutum, si conditio tunc vera sit, siue vouens sciat, siue ignoret conditionem extare. Vt expresse habetur. l. cum ad

præsens, & duplici sequenti. ff. si certum petatur. Quare licet à qualis imperfectio in his votis inueniatur, quia tamen non talis, ac tanta est, qualis, ac quanta in voto verè conditionali reperitur, non potest Episcopus in his dispensare. Et constat à simill, nam ratione imperfecti consensus de ceditur cap. vnico, de sponsal. in 6. non orti ex sponsalibus cõditionalibus ante cõditionis euentum publicam honestatem: & tamen si conditio est de præterito, vel præsentis, & est vera, oritur publica honestas. Et similiter si tacitè inest, atq; apponitur eo modo quo inest. Vt probauit lib. præcedenti, disputat. 69. num. 4. & 8. Non ergo in votis sub conditione de præterito, aut præsentis, aut, quæ tacitè inest, & apponitur eo modo quo inest, inuenitur ea, consensus imperfectio, quæ satis est vt possit Episcopus dispensare.

Ad argumenta num. 11. proposita respondetur. Ad primum & confirmationem fateor non tanta ratione fulcitur potestatem Episcopi ad dispensandum in voto conditionali: quanta ad dispensandum in voto pœnali. At ratio ad id sustentandam non deficit. Vt num. 13. probauimus. Ad secundum, & confirmationem, dic verum esse, id peccatum esse cõtra votum: at quia id votum non vndequaquæ perfectam voti castitatis, aut religionis naturam fortitur, potest Episcopus dispensare. Ad argumenta proposita num. 12. probantia non posse Episcopum dispensare impleta conditione, responderetur. Ad primum constat ex dictis num. 10. tantum enim probat impleta conditione manere hæc vota perfecta quoad obligationem. At quia adhuc in se imbitam retinent imperfectionem radicis, à qua processerunt, potest Episcopus dispensare. Ad secundum dic eas pœnas respicere solum facti veritatem, nempe, veram clericis percussioem, veram beneficiorum venditionem, quæ impleta conditione verè reperiuntur. At reseruatio potestatis dispensandi in votis respicit perfectionem voti castitatis, aut religionis, quoad obligationis radicem. Atq; si id argumentum vim habeat, quæ probat non posse Episcopum dispensare in voto pœnali, impleta conditione. Ad tertium constat ex dictis num. præcedenti.

DISPVATIO VNDECIMA.

An possit Episcopus dispensare in voto castitatis post matrimonium emisso ab altero, vel vtroque coniuge?

SVMMARIVM.

Explicatur casus discutiendi: & remissiones, quando est solum non petendi debiti votum, num. 1.

An dispenset Episcopus, quando alter coniux sit alterius licentia castitatis? Refertur duplex sententia, num. 2. & 3.

Proponitur sententia Authoris, num. 4.

Quid, quando alter solus cum licentia alterius voti? num. 5.

Quid, quando vterque continentiam vouit absq; alterius licentia? num. 6.

Quid, quando vterque cum alterius licentia, nõ per modum contractus? num. 7.

Quid, quando vterque communi consensu, ac per modum contractus vouit continentiam? Refertur duplex sententia, num. 8. & 9.

Proponitur sententia Authoris, num. 10.

An quando ratione necessitatis dispensat Episcopus, sit ad solum petendum debitum? numero 11.

An tunc possit, si sit recurus ad potestatem ex privilegio dispensare? num. 12.

An possint Episcopi in hoc voto dispensare, quando coniuges illi exceperunt casum aliquem, vti solales, quam habemus, morietur, volumus, vt liceat nobis vsus coniugij, vel id vaneant à tempore, quo solem habuerint implendum? num. 13.

Quid, si mutuo consensu vouerunt solum castitatem ad tempus? num. 14.

An si illi coniuges remittant sibi mutuum patrum, tradentes iterum sibi mem corporum potestatem, possit Episcopus in eo voto dispensare? num. 15.

Votum à coniugatis emissum, aut potest esse tantum de nõ petendo debito. Et de hoc voto satis regimus disputat. 9. num. 70. & 81. & ibi num. 6. regimus de voto castitatis coniugalis seruadæ. Quare disputatio præsens est de voto castitatis absolute à coniugatis emisso. Et quis hoc potest quinuplici modo emitti, id est, vt distinctè procedamus, quinuplici casus disputari potest. Primus est, quando alter coniux absq; alterius coniugis licentia vouet castitatem. Secundus, quando eum alterius licentia alter solus votum. Tertius, quando vterque absq; alte-

rius licentia. Quartus, quando vterq; seorsum cum licentia alterius, non tamen per modum contractus. Vltimus, quando vterq; mutua licentia per modum contractus continentiam vouit.

In primo casu, quando alter coniux absolute vouit continentiam absq; alterius licentia: quidam censent non posse Episcopum dispensare, sicut nec in voto continentie absoluto ante matrimonium emisso, nisi in casu vrgentis necessitatis. Quia vltra obligationem non petendi debiti, includit id votum etiam obligationem integram castitatis, quando liber fuerit coniux à debito coniugali reddendo, siue per alterius coniugis mortem, siue fornicationem, ob quã alteri diuertere licet. Nec est conditionale. Quia ea conditio non reddendi quoties vouenti licuerit, inclusa in eo voto, nõ est addita ex libera vouentis voluntate: sed suapte natura in eo voto clauditur. Et hæc sententia est probabilis illamq; tenet quidam neoterici docti. Et Ludouicus Lopez 1. p. instr. forij. c. 47. in fine, quauis non explicet si absq; alterius licentia, vel cum illa votum sit emissum.

Alij verò censent posse Episcopum dispensare in hoc voto, & quauis non explicent an ea dispensatio sit tantum ad petendum debitum, an potius omninò in eo castitatis voto, at ratio cui innituntur probat omnimodam dispensationem. Ducuntur, quòd hoc votum non sit omnimodæ continentie: cum ad non reddendum debitum obligare nequeat. At reseruatio voti castitatis tanquam odiosa, de integræ castitatis voto est intelligenda. (vt late tota disput. 9. diximus.) Et id eò hanc partem sustineturonica de voto. q. 3. num. 64. Aragon. 1. 2. q. 88. art. 8. dubio vltimo. Manuel. 2. tomo summæ. cap. 90. num. 6. ad finem. Et posse Episcopum dispensare quauis alio fundamento ductus tenet Gutierrez, què disput. 9. num. 4. allegauit, eius fundamentum reprobandum.

Et placet quidem hæc posterior sententia, casu quo id votum emissum sit post matrimonium consummarum. Quia non est votum omnimodæ castitatis, & ita mini-